


Google





Ramus
MHL

CATALOGUS
NUMORUM VETERUM
GRÆCORUM ET LATINORUM
MUSEI
REGIS DANIÆ.

DISPOSUIT DESCRIPSIT ET ÆNEIS TABULIS
ANECDOTOS ILLUSTRAVIT

CHRISTIANUS RAMUS,
PROFESSOR ET MUSEI REGII DIRECTOR.



PARS I.
NUMI REGIONUM POPULORUM URBIUM REGUM.

HAFNIÆ, 1816.
TYPIS ORPHANOTROPHII REGII EXCUDEBAT
CAROLUS FRIDERICUS SCHUBART.

Cum gravi morbo, quo correptus decumbebam, cum præfatio hujus operis ſubjiceretur prelo, a corrigendo hæc folia ipſe impedirer, irrepſere in hæc plures mendæ, quas lectorem benevole excuſare earumque inſigniores ita emendare officioſe rogo:

Pag. X.	lin. 15.	pro: *ſupremo*,	lege: ſummo.
P. XI.	l. 18.	p. *completandi*,	l. locupletandi.
P. XII.	l. 3.	p. C. L.	l. C. F.
—	l. 15.	p. *magnæ*,	l. magno.
—	l. 16.	p. *aderant*;	l. aderat.
—	l. 19.	p. *utique*,	l. ubique.
—	l. 26.	p. *die*,	l. de.
P. XIII.	l. 3.	p. *illo*,	l. illi.
P. XIV.	l. 6.	p. *iuſtituto*,	l. inſtituto.
—	l. 7.	p. *ert*,	l. erit.

POTENTISSIMO AUGUSTISSIMO

PRINCIPI

FRIDERICO SEXTO

REGI DANIÆ

VANDALORUM GOTHORUM

DUCI SLESVICI

HOLSATIÆ STORMARIÆ

DITHMARSIÆ OLDENBURGI.

DOMINO CLEMENTISSIMO.

REX AUGUSTISSIME!

Quod sacro Tuo Nomine præscribere audeam has paginas, id nunquam, nisi Ipse clementissime permisisses, fecissem, veritus ne, quod oblatum Tibi eo, opus parum hoc honore dignum existimaretur, quamvis justissimo titulo Tuum sit illud, Tuumque unice dici debeat. Ea enim, PRINCEPS AUGUSTISSIME! Tua fuit in museo Tuo numario ornando & augendo liberalitas, ea Tua in me sublevando & necessario mihi ad hoc opus perficiendum otio comparando benignitas, ut sine duplici hoc Tuo beneficio nec Museum Tuum id fuisset, quod describi mereretur, nec ordinandi illud describendique labor habuisset, si modo aliquem habuisse videbitur eruditis, successum. Ac qualem Te quidem, REX AUGUSTE! dudum norunt omnes, qui literas curant, summum quarumvis utilium literarum bonarumque artium Patronum & generosissimum Fautorem, talem quoque præstitisse Te in hoc negotio mirabitur nemo; nec facile novo hoc Tui in literas earumque cultores studii & amoris docu-

mento novus Tibi, tot jam præclaris exinde meritis spectato, accedet honos. Antiquam tamen Tui Nominis inter literatos venerationem tuitus eris, si modo, quod in eorum commodum & utilitatem sanxeris consilium de edendis publice Tuo sumtu antiquis Musei Tui Numarii opibus, illud ita perfecisse mihi contigerit, ut & Tibi opera probetur mea, & eruditorum votis aliquatenus satisfiat: Quod quidem ut efficerem, nec summum Voluntati Tuæ obsequendi studium nec virium qualiumcunque mearum pro virili contentionem desideratum iri confido.

Fruaris, REX AUGUSTISSIME, pro eo, quo apud Tuos & apud exteros flores, studio, amore, admiratione & veneratione, diuturnis Virtutum Tuarum fructibus! Lætus diu intersis Populi Tui, Tibi acclamantis, gaudiis! vigeat incolumis Augusta Tua Domus, ut quibusvis virtutibus ita summis Summi Numinis beneficiis præclara! Hæc Populorum vota sua facit

MAJESTATI TUÆ

DEVOTISSIMUS
CHRISTIANUS RAMUS.

PRAEFATIO.

Quem hic Tibi Lector Erudite! tradimus numorum antiquorum catalogum quo Tu animo accepturus ſis, quo loco habiturus, incertos nos nonnihil teneri confitemur. Non dubitamus quidem ad utilisſima numismaticæ diſciplinæ præſidia referre theſaurorum numariorum diligenter & accurate confectos catalogos, quos & fuiſſe & adhuc eſſe tam huic arti quam etiam aliis philologiæ ſtudiis multifariam proficuos, nemo inficiatur peritus. At poſtquam tot jam & tam præclara antiquorum numorum muſea in publicam lucem fuerint edita, poſtquam longe maxima pars litterariæ hujus ſupellectilis cum erudito orbe fuerit communicata, jure nunc quæri poſſe videtur, num integra edendo antiquorum numorum muſea, anne ſeligendo & typis tantum committendo eos numos, qui hucusque editi non ſunt vel antea non ſatis accurate fuere deſcripti, eruditorum commodis melius conſulimus. Si is quidem unicus eſſet, qui ex theſauri numarii antiqui catalogo trahi poſſet, uſus, ut quid numorum hucusque ineditorum hic lateret, cognoſcerent eruditi, præſtaret ſane, præ integris muſeis novos tantum numos inde edere. Cum vero aliis quoque tam eorum, qui ex numis erudiri, quam eorum, qui his oblectari cupiunt ipſique muſeis inſtruendis incumbunt, uſibus inſervire posſint ejusmodi catalogi, ſi numorum juſtum numerum contineant, ſi hos bona facilique methodo digeſtos accurate deſcribant, ſi denique non niſi probatæ fidei numos proponant, & cum pau-

cisſimi adhuc ſint, qui his legibus ſatisfaciunt, muſeorum numariorum catalogi, novum ejusmodi opus, ſi ad normam, tali operi præſcriptam, aliquatenus reſpondeat, nec inutile fore nec peritis harum rerum æſtimatoribus iri improbatum exiſtimamus.

Ac quod ad antiquiores quidem numorum veterum catalogos pertinet, licet præſtantioribus horum inſigniter adjutam eſſe & promotam veterum numismatum ſcientiam facile largiamur, nullum tamen ita eſſe comparatum certum eſt, ut generalem omnium numorum clasſium conſpectum præbeat, ut hos rite disjungere, apte disponere & ſinceros a falſis diſtingvere doceat, primumque, qui has præſtet utilitates, eſſe egregium Muſei Cæſarei Vindobonenſis catalogum ante annos c. XL a celeberrimo viro, Joſepho Eckhelio, editum. Sicut vero pro norma, ad quam deſcribi debeant muſea numaria, ſerviet ſemper hoc opus, ita tamen nec deſunt, in quibus poſt progreſſus, quos fecit interea diſciplina noſtra, emendari posſit, ad ea maxime præcepta, quæ in immortali opere, *Doctrina Numorum Veterum*, dictavit poſtea ipſe iſtius catalogi auctor artisque hujus ſummus magiſter. Quod vero iſte in præfatione Catalogi Vindobonenſis protulerat, votum, ut alia quoque numis præſtantia muſea accurate deſcripta ederentur, fuiſſe hoc ſine omni fere hucusque effectu, mirum nobis videretur, niſi eodem loco ipſe vir præclarus rationes expoſuiſſet ſatis probabiles, cur rara eſſe debeant talia opera. At ſelecta quidem numismata anteaque non edita protulere plures & egregiis commentariis illuſtrarunt, integras quoque numorum claſſes edidere alii; ſed qui muſeum omnium numorum veterum claſſes complexum poſt Eckhelium & ad methodum ab eo præſcriptam ediderit, primus fuit illuſtrisſimus Comes de Viczay, qui inſignes ſuas copias numarias ſub Muſei Hedervarii nomine binis Voluminibus edidit Vindobonæ 1814. 4to. Quod etſi opus tam numorum, quos continet, copia & præſtantia quam typorum elegantia & tabularum ænea-

rum multitudine præluceat, jure tamen in eo vituperandum, quod numos ſæpe deſcribat parum accurate, numorum figuras non ſiſtat ſemper fideles, quod in moneta Imperatorum Romanorum incommodam numos juxta diverſitatem metalli diſtingvendi methodum ſequatur, aliisque negligentiæ vitiis laboret; ut adeo, ſi vel grati accipere debeamus, quod tot tamque inſignium numorum antea non editorum nobis notitiam ſuppeditet, parum tamen aptum videri debeat opus, quod uſibus numophilorum quotidianis in locum Catalogi Eckheliani, ſi hic aliquando deficiet, ſuccedere poſſit.

Edendi muſei numarii, quod in novo regno Italiæ conditum ſervabat metropolis Mediolanum, ſpem fecerat V. C. Cataneo in libello Mediolani 1813 impreſſo, in quo generalem numorum græcorum, qui hoc muſeo continentur, conſpectum dederat; an vero ſpes hæc fuerit rata neſcio, dubitans etiam an poſt mutatum in his terris rerum ſtatum rata futura ſit.

Totum numorum veterum ambitum comprehendere inſtituit Mionnettus catalogo, quem Pariſiis 1806. inceptum, &, quod ad numos urbicos pertinet, abſolutum quinque voluminibus 8vo, comitem eſſe voluit numorum ſulfure expreſſorum, quos magno cum doctorum aſſenſu vendendos publice propoſuit. Laudandum utique utrumque viri inſignis conſilium, tum quod copiam fecerit doctis modico ſumtu ingentem numorum præſtantium eleganter expreſſorum numerum comparandi, tum quod hos deſcribendo etiam aliis occaſionem præbuerit immenſi theſauri numarii Pariſini enormes divitias propius cognoſcendi; utilisſimam vero iis præſertim, qui ipſi in numis veteribus comparandis occupantur, operam præſtitit, numorum pretium raritatemque, quantum quidem id fieri poſſet, accurate ſemper indicando. Anne quidem, uti in præfatione operis ſpem fecerat, eadem cura perſequi perget monetam romanam, ignoramus; licet vere probandum mihi minime videatur, quod ordinem ab Eckhelio dicta-

tum & hucusque ab eo ſervatum, in hac operis ſui parte relinquendum ſibi indicet, magnopere tamen optandum, ut conſilium ſuum ad finem perducat; quo numismaticæ certe veteris diſciplinæ amatoribus utilisſimum librum in manus dederit.

Poſt hos virorum doctorum in muſeis ſuis publicisve edendis conatus, an novus Muſei numarii catalogus placebit eruditis, horum eſto arbitrari; qua quidem ratione factum eſt, ut & inſtrueretur hoc muſeum, & deſcriberetur poſtea edereturque, paucis nunc expediam. Sanxerat jamdudum regium mandatum, ut quicquid numariæ ſuppellectilis in variis theſauris regiis ab antiquis inde temporibus collectum ſervaretur, in unum conjungeretur atque Numophylacium inde, ſingulis numorum generibus discretum conderetur. Ad numos quidem imprimis patrios colligendos augendosque ſpectabant, quæ variis decretis regiis injungerentur viris ad hanc rem curandam deſignatis. Sed tarde tamen res procedebat, donec ante annos c. L. promovendam ſibi hanc ſupremo ſtudio ſuſciperet Vir, ut omnium in genere litterarum ita philologiæ imprimis ſtudiorum amore & ſcientia clarus, O. H. Guldberg, ſummo tum apud nos rerum moderamini admotus. Illius conſilio & autoritate novum procuratum eſt mandatum regium, quo IIII viris ad hoc negotium delectis injungebatur: ut patrios numos in ordinem redactos ederent, & hoc peracto reliquorum etiam numorum ordinandorum & deſcribendorum curam agerent, ut omnibus denique numis recipiendis novum in arce Roſæburgi hoſpitium aptum dignumque inſtruendum curarent. Succeſſum nunc res brevi habuit eum, ut poſt paucos annos egregii Wiedeweltii noſtri, celeberrimi ſculptoris arte & induſtria paratus eſſet inſtructusque locus, quo & commode divertere & elegantem ſtationem capere poſſent novi nitidique hoſpites; anno vero 1791 ſplendido opere, binis Voluminibus formæ maximæ comprehenſo, publicarentur numi omnis generis patrii, quotquot vel ipſe

regius thesaurus vel privatorum scrinia continerent; accedente adhuc anno 1794 novo eorundem auctario. Etiam altera Musei numarii pars, moneta nempe recentiorum temporum peregrina, eodem tempore eorundemque cura IIII virorum in ordinem fuit redacta & particulari catalogo descripta.

Restabat una numorum veterum classis, quæ vero nec copia nec præstantia numorum eam promereri videbatur curam quæ reliquis erat impensa. Aderat quidem numorum, præsertim Romanorum numerus non adeo contemnendus, uti ex descriptione Musei Regii a J. Lauerentzen 1706 editi cognosci potest; sed magna horum pars ex numis maxime obviis, male habitis & partim aperte falsis constabat, ut adeo ad formandum inde Museum antiquum numarium magnis opus esset augeri penum hanc accessionibus. Senserat probe hoc, qui ipse doctam antiquitatem tam bene calluit, Guldbergius noster, provinciamque Musei antiqui commodis prospiciendi demandaverat summæ tum spei juveni, inclyto postea omnisque litterariæ antiquitatis peritissimo viro G. Zoega, qui proinde, ut numismaticam veterem plenius edoceretur, simulque ut occasiones quæreret Museum completandi, peregre regio sumtu proficisci jussus erat; redux vero redigendi instruendique Musei curam suscipere debuit. Caruit quidem hoc consilium eventu, cum, quod cuivis artium litterarumque amatori notum est, fata nobis postea virum insignem inviderint, & a patria per reliquam vitam extorrem fecerint. Quod uti alios eosque insignes litteris artibusque postea fructus tulit, ita nec suis inde fructibus defraudatum fuit Museum Regis Numarium. Si enim non contigit huic, tutelæ viri curæque committi, quo nullum habuisset aptiorem peritioremque, certe ejus opi & solerti industriæ maximam incrementorum partem debuit, quibus opes suas postea insigniter auctas vidit. Jacuerat quidem aliquamdiu neglecta res Musei antiqui, ex quo a summa rerum apud nos

decesserat Guldbergius, Romæ vero sedem stabilem fixerat Zoega noster. At reparata hæc denuo fuit, cum non ita multo post, rogante viro excellentissimo, Comite C. L. de Reventlou, Regis Consiliario Intimo &c., qui tum Museis omnibus Regiis summo imperio præerat, Rex decerneret, ut Museum Numarium, quod hucusque cum reliquis, quæ in eadem arce servabantur, cimeliis arcis præfecti communi curæ fuerat demandatum, separatum inde singulari viri litterati curæ traderetur; quæ tum mihi provincia benignitate regia obtigit. Jussus fui insimul, rationem imprimis habere numismatum antiquorum, quæ adhuc nullo ordine discreta interque se confusa jacebant, eaque & augenda & ordinanda simul describendaque curare, omnino vero prospicere, ut hæc Musei pars, quantum fieri posset, usui & utilitati litterarum artiumque cultorum appararetur; in Museo vero augendo ope uterer Zoegæ nostri, cujus & commoratio in urbe harum rerum præ quavis alia ferace, & tractandarum rerum antiquarum peritia magnæ nobis fore auxilio spes erat. Nec spes fefellit. Postquam enim penum omnem, quæ Museo aderant, veterum numorum excussissem bonaque a pravis discreta aliquo modo in ordinem redegissem, atque ad Zoegam de ratione horum detulissem; isque, quantum utique, præsertim in numis urbicis deficeret Museum, intellexisset, tam sedula ejus fuit in subveniendo inopiæ hujus industria, ut brevi non insignibus modo Romanæ monetæ copiis sed magno etiam Græcorum numorum numero augeretur, & in qua parte præsertim antea laborasset, non modo sublevatum se, sed locupletatum fere videret. Procurante illo accessere Museo insignes opes numismaticæ, quas numero 2000 græcorum maxime numorum constantes, collegerat olim nobilis Neapolitanus Alexius Liber Baro die Recuperis, post ejus mortem modico sumtu ab hæredibus emtæ. Illo porro agente tota nummaria supellex, 10000 omnis generis numorum veterum continens, cui colligendæ per longam vitam

incubuerat celebris in republica Romana Jurisconſultus Bondacca, æquisſimis conditionibus fuit acquiſita. Neque minus diligenter, ac hæc negotia curaverat, uſus eſt, quæ illo ſæpius offerebantur, occaſionibus ſingula comparandi numismata, quæ uſus muſei poſceret; quorum quidem non ſine multo labore & multa diſcurſatione collectorum plura nobis centena per intervalla temporis remittebat.

Neque vero interea, dum acceſſionibus ab exteris petitis locupletaretur Muſeum noſtrum, defuere omnino conſulendi commodis ejus intra patrios fines occaſiones; aut infructuoſæ illæ fuerunt. Quod ſingulare quidem in his terris evenerit, fudit patria tellus ante annos c. XL. numerum 428 numorum Romanorum ab Imperatoribus Tiberio & ſucceſſoribus usque ad M. Aurelium cuſorum, qui in palude prope ab urbe Slagloſia Siællandiæ diſtante a villico effoſſi fuere. Erant argentei omnes & egregie conſervati, ut adeo, quamvis raritate non præſtarent, utiles tamen Muſeo evaderent. Ex publicis celebrium muſeorum, quæ hic diſtracta ſunt, Thottiani, Suhmianique auctionibus bona pars numorum imprimis Romanorum Muſeo noſtro acceſſit. Redux in patriam a publico vicarii conſulis munere, quo apud Tripolitanos functus erat, popularis noſter Lundbye, retulit ſecum numos antiquos circiter 1300; non inſignes quidem illos aut raritate præſtantes, unde tamen cum inferri hos Muſeo ſuo juſſiſſet Rex auguſtisſimus, plures ſelecti fuere, qui ad ſeries noſtras complendas quodammodo facerent. At inſignius auctæ fuere res Muſei noſtri, cum ante hos duos annos totam numariam penum, quam paterna hæreditate traditam poſſidebat excellentisſimus Comes de Schmettau, nobilisſimus nunc Nidroſiæ urbis civis, olim Regis Daniæ in militia Norvegica Legatus, ordinis Danebrogici magnæ crucis eques auratus, in ſinum ipſius effundi juberet regia liberalitas. Erant antiqua numismata omnino 3000, Romana nempe c. 1600, Græca c. 1400, quorum multa præclara

nitidaque, haud pauca etiam insigniter rara; inter quæ nominasse sufficiat præstantem tetradrachmorum Atheniensium seriem, quam singulari esse Museo ornamento quivis judicabit peritus.

His usum præsidiis hisque auctum accessionibus excrevit Museum nostrum ad illam numorum veterum copiam, quam digestam nunc & fideliter descriptam exhibent hæcce Volumina, de quorum iustituto aliqua nobis nunc reddenda erit ratio. In genere quidem ducem operis mei habui summum virum Eckhelium, cujus egregium ordinandi describendique Musei numorum systema, quale illud reformatum sistit in immortali opere, Doctrina Numorum Veterum, sequendum mihi fere unice duxi. In prima hujus operis parte, quæ numos urbicos continet, ordinem ab eo dictatum servavi constanter; ubi vero vel hic vel in sequentibus dissentiendum mihi fuit ab eo in numis singulis determinandis aut describendis, quod raro evenit, sedulo hoc in adjectis notulis indicavi. In Moneta Romæ liberæ ordinanda secutus illum sum in eo, ut numos omnes, qui nomina inscripta non habeant, ideoque ad eos, qui Familiarum dici soleant, referri non possint, conjunctos præmiserim atque hinc omnem Romæ liberæ monetam in duas classes ejus exemplo diviserim; quod vero ille priori classi indiderit nomen *Numorum Consularium*, illud ideo non admittendum duxi, quod omnes numi, qui Consulibus summum in Republica magistratum gerentibus cusi sunt, eodem nomine appellari posse mihi visi sunt, atque melius proinde discerni hi in Numos cum nomine & sine nomine Magistratus. In moneta Imperatorum Romanorum in eo ab ordine Eckheliano discessi, quod in numis Imperii Romani, ex quo hoc divisum fuit post mortem Theodosii Magni, a numis Imperii Occidentalis diviserim numos Imperii Orientalis, horumque continuam seriem ab Arcadio orsus instruxerim. Molestum enim mihi videbatur, misceri ita utriusque regni numos, ut nec, quid in quovis

regno, quamdiu ſteterit adhuc regnum Occidentale, procuderetur moneta, facile diſtingvi, nec quando eſſe deſierit hoc, intelligi posſet. Præterea cum & Imperatores & Numi Conſtantinopolitani, ſive Byzantini, ſeparatim nominari ſeparatimque etiam tractari ſoleant, diſcerni quoque debere utriusque regni moneta mihi viſa eſt. Locum ita quoque, ut mihi quidem videtur, commodiorem nacti ſunt Numi Regum Barbarorum, qui in provinciis regni Occidentalis poſt hujus excidium regna condiderunt & monetam ſuo nomine cuderunt. Nam quod poſt numos Juſtiniani I. antea recenſebantur, hoc quidem, ſi tempora ſpectas, in plurimos horum, quamvis non in omnes quadrare poterat; a ratione tamen monetæ Byzantinæ mihi magis differre videbantur, quam ut huic apte inſeri poſſent. Quæ quidem pauca & levia mutaſſe me in egregio Eckhelii ſyſtemate ſi vel minus probaverint eruditi, quorum de hac re ferre arbitrium eſt, rogatos ſaltem hos velim, ut nec temeritati aut novandi libidini nec reverentiæ in immortalis viri inſignia merita defectui hoc tribuant.

Quas adjunximus hinc inde notulas, non pertinere ad numos explicandos illuſtrandosque, quod noſtri negotii non erat, ſed ad curandum, ut hi recte cognoſcantur, & vel iidem eſſe cum aliis, alibi deſcriptis, vel a talibus eſſe diverſi intelligantur, quivis per ſe videt peritus. In his nec exceſſiſſe nos modum, quem operis ratio præſcribat, nec pro conſilio noſtro fuiſſe nimium parcos ſperamus.

In numis non omnino obviis auctores plerumque laudavimus, apud quos eosdem vel delineatos vel deſcriptos ſaltem invenimus, quod ad accuratiorem horum intelligentiam utilisſimum eſſe exiſtimavimus. Numos vero, quos antea editos non novimus, ſi non eſſent typis omnino vulgaribus, æri inciſos addidimus, qua in re ſi peccavimus alicubi, numum cognitum editumque pro inedito ferendo, hoc & raro nobis acci-

disse, & si acciderit, quod omni licet cura adhibita fieri facile potest, meriturum esse apud æquos judices veniam confidimus. Certe numos nonnullos, quos pictos dedimus, in Museo Viczay, cum nobis postea libri hujus facta sit copia, invenimus delineatos; quod in *Addendis* sedulo a nobis indicatum est. Mionetti catalogi non adfuisse nobis nisi duo priora Volumina, & irritam fuisse, quam nobis dedimus, reliqua adipiscendi operam, valde doluimus, unde si heic quidem aliqui occurrent numi ex iis, quos pro novis habuimus, tribuendum hoc malæ fortunæ, quæ nobis librum hunc, sæpius quæsitum, & cum mitteretur tandem ab itinere vel devium vel in eo perditum inviderit.

Pondus tantum in antiquissimis Romæ aliarumque urbium Italicarum, ut dici solent, æris gravis nummis addidimus, usi ad hoc libra nostra vulgari danica, cujus hæc est ratio: dispescitur in 16 uncias, 32 semuncias, 128 drachmas, continet vero omnino 10388 gr. Holland., quorum 10188 æquiparant libram antiquam Parisinam, ut adeo nostra libra duabus centesimis partibus superet antiquam Parisinam, sex circiter centesimis hodiernam Berolinensem.

Quod in catalogo nostro duo & sæpe plura ejusdem numi recenseantur exempla, plures fuere causæ. Nam & pertinere hoc ad splendorem Musei rati sumus, si numorum præsertim rariorum vel saltem insigniter conservatorum plura suppeterent exempla, utile præterea fore in publicis lectionibus & auditoribus inprimis commodum, si plura adessent, quæ commonstrari possent, numorum exempla. Nemo est præterea, qui nesciat, plurium sæpe numorum contentione erui demum constituique posse verum tam typorum quam epigraphes sensum. Cum denique etiam hunc usum præstare debeat catalogus noster, ut accuratam rationem reddat numorum, qui in eo servantur, necesse fuit numorum semper numerum accurate indicare.

En tibi Lector! præcipua, quæ ad Musei historiam & ad catalogi hujus rationem cognoscendam pertineant. Qua in causa si miraberis, potuisse tam brevi tempore has numorum veterum copias congeri, Museumque inde instrui, quod, si quidem cum primis & præstantissimis Europæ Museis comparari nequeat, tamen ex præstantioribus unum dici merebitur; obtigisse vero huic, quod paucis adhuc Museis contigit, ut accurate descriptum decora satis specie jam nunc in lucem publicam totum prodeat; scias oportet, illud imprimis deberi duobus egregiis viris, qui per hoc temporis spatium Museo fuere præfecti: alteri, Excell. Comiti de Reventlou, cujus de Museo nostro supra laudavimus merita; alteri, qui illi in Musei tutela successit, Excell. A. W. de Hauch, Equiti ordinis Danebrogici magnæ crucis aurato, Summo in aula regia Officiorum Magistro &c. Quod enim Ille egregie præparaverat, cum non ita multo post curam Musei deponeret, hic summo studio persecutus est & ita strenue perfecit, ut brevi lætissimi inde fructus ad Museum nostrum redundarent. Hoc enim agente & assensum regium procurante, insignes illæ accessiones, domi forisque paratæ, Museo factæ sunt. Hujus consilio & auctoritate imprimi edique catalogum nostrum sancitum est. Sicut vero pro illo, quo præstat, non amore modo sed insigni etiam peritia litterarum artiumque non poterat non summo studio amplecti institutum, quod civitati & reipublicæ imprimis litterariæ decori & utilitati fore sibi persuaserat, ita nec pro illa ingenii morumque suavitate, qua quemvis conjunctum sibi officiorum necessitudine tenet devinctum, mihi defuit unquam, cum aut consilio ejus & experientia dirigi, aut ope ejus ad necessaria auxilia comparanda adjuvari, aut denique aliquo ipse favore & beneficio sublevari cuperem. Qua sua humanitate & benevolentia effecit, ut labori longo & tædii non immuni continuando & perficiendo summa

cum voluptate incumberem, qui quidem ſi ita ſucceſſerit, ut eruditis utilis gratusque numorum amatoribus cenſeatur, magnam hujus gratiæ partem deberi profiteor Nobilisſimo huic Viro, cujus favore ac benevolentia ut nihil mihi accidit jucundius, ita nihil eſt, quod æque in poſterum tueri & conſervare cupiam.



PARS I.

NUMI REGIONUM POPULORUM URBIUM REGUM.

HISPANIA.

NVMI HISPANORVM IN GENERE.

1. Caput Palladis gal., supra: caput arietis.
HISPANORVM. Eques hastatus citato cursu. Æ. 3.

2. Alius, sed deest in adv. caput arietis, pro quo adest N. Æ. 3.

3. 4. Caput virile nudum cincinnis ornatum, ante adsunt litterarum vestigia.
Av. fere similis. Æ. 3.

Parutæ Sicilia Tab. 162. Mus. Hunter Tab. 31. No. 3. & Tab. 22. No. 18.

HISPANIA LVSITANICA.

EMERITA.

Augustus.

1. DIVVS AVGVSTVS PATER. Caput radiatum Augusti, ante fulmen, supra astrum.
COL AVGVSTA EMERITA. Porta urbis. Æ. 2.

2. PERMISSV CAESARIS AVG P P. Caput Augusti laur.
AVGVSTA EMERITA. Colonus arans. Æ. 2.

Tiberius.

3. TI CAESAR AVGVSTVS PON MAX IMP. Caput Tiberii laur.
COL AVGVSTA EMERITA. Porta urbis. Æ. 2.

4. TI CAESAR AVG PON MAX IMP. Caput laur.
Av. eadem. Æ. 2.

HISPANIA BAETICA.

ASTA.

1. M POP(ILLI M F). Caput virile laur.
(P COL ASTA) RE F. Taurus ſtans. Æ. 2.

Florez. Medallas de las Colonias, Municipios y Pueblos antiguos de Eſpanna. En Madrid 1757. 3 Vol. 4to. Tab. 51. No. 7.

CARTEIA.

1. Caput ſenile imberbe.
CART. Delphinus; in area hinc Q, inde S, ſupra lunula. Æ. 2.
2. 3. CARTEIA. Caput mul. turritum.
D D. Neptunus ſtans d. delphinum ſ. tridentem, dextro pede lapidi impoſito. Æ. 3.
4. Adv. ſimilis.
IIII VIR (EX D D). Cupido delphino inequitans. Æ. 3.
5. Adv. ſimilis.
C VIBI IIII VIR IT C MINI IIII VIR IV. Temo. Æ. 3.
6. Caput Jovis laur., pone S.
CES CAR. Fulmen. Æ. 2.
7. 8. GERMANICO ET DRVSO. Caput mul. turritum.
CAESARIBVS IIII VIR CART. Temo. Æ. 3.

CORDVBA *quae &* PATRICIA.

1. PERM CAES AVG. Caput Auguſti nudum.
COLONIA PATRICIA. Simpulum & apex. Æ. 3.
2. Adv. ſimilis.
..... PATR (duabus ultimis litteris connexis). Typus idem. Æ. 3.

3. Adv. ſimilis.
COLONIA PATRICIA intra lauream. Æ. 2.
4. PERMISSV CAESARIS AVGVSTI. Caput Auguſti nudum.
COLONIA PATRICIA. Aquila legionaria inter duo ſigna militaria. Æ. 1.

GADES.

1. 2. Caput Herculis Gaditani, leonis exuviis tectum, pone clava.
Duo piſces parallelo ſitu, ſupra & infra epigr. Phoenicia. Æ. 1.
3. 4. Caput Herculis eodem cultu, ſed ante clava.
Av. eadem. Æ. 3.
5—8. Caput idem, retro clava.
Piſcis unus, ſupra & infra eadem epigr Phoenicia. Æ. 3.
9. Caput idem, ante ODACIS A, retro clava.
Duo piſces parallelo ſitu, intermedia alia epigr. Phoenicia. Æ. 2.
Eckhel. Numi Veteres Anecdoti, pag. 8.

10. Caput Herculis cum leonis exuviis.
Sine epigr. Piſces duo intermedio ſimpulo. Æ. 3.
11. Caput ſimile.
Sine epigr. Piſcis unus, ſupra I. Æ. 4.
12. Caput idem, pone clava.
Delphinus, ſupra & infra ſolita epigr. Phoenicia. Æ. 3.
13. 14. Alii ſimiles, ſed delphinus tridenti implicitus. Æ. 3.

Auguſtus.

15. Caput ſimile.
AVG..... DIVI F. Fulmen alatum. Æ. 1.

ITALICA.

Tiberius.

1. 2. TI CAESAR AVGVSTVS PON MAX IMP. Caput Tiberii nudum.
PERM DIVI AVG MVNIC ITALIC. Ara, cui inſcriptum: PROVIDENTIAE AVGVST. Æ. 1.

OBVLCO.

1. 2. OBVLCO. Caput mul.
Epigr. Hiſpanica duorum verſuum inter ſpicam & aratrum. Æ. 1.
3. Alius, ſed in av. epigr. Hiſpanica unius verſus. Æ. 1.
4. Adv. ſimilis, ſed pone caput C X.
M AIMIL M IVNI AD ſcriptum duobus verſibus parallelis inter ſpicam & aratrum; infra in area X. Æ. 1.
5. OBVL NIG. Caput juvenile laur.
Equus liber ſtans. Æ. 3.

Adv. ut Florez, Tab. 34. No. 8.

ORIPPO.

1. Caput virile imb., ante quod racemus cum botro.
ORIPPO. Taurus ſtans, ſupra lunula. Æ. 2.

ROMVLA:

Tiberius.

1. PERM DIVI AVG COL ROM. Caput Tiberii laur.
GERMANICVS CAESAR DRVSVS CAESAR. Capita oppoſita Germanici & Druſi junioris nuda. Æ. 1.

IVLIA TRADVCTA:

Auguſtus.

1. 2. PERM CAES AVG. Caput Auguſti nudum.
IVLIA TRAD intra lauream. Æ. 2.
3. C CAES F. Caput Caji Cæſaris nudum.
IVL TRA. Botrus. Æ. 3.

Florez, Tab. 46. No. 6.

VLIA.

1. Caput mul., ante ſpica, infra lunula.
VLIA ſcriptum intra oblongum, quod duo rami ambiunt. Æ. 1

VRSO.

1. Caput nudum, ut videtur, Augusti.
Sphinx gradiens. Æ. 1. m.
2. Adv. similis.
Sphinx gradiens, infra epigr. Hispanica. Æ. 1.
3. Caput simile diadem., ante vola manus.
Av. eadem. Æ. 1.
4. Alius fere similis, sed in area av. præterea astrum. Æ. 1.

HISPANIA TARRACONENSIS.

ACCI.

Tiberius.

1. TI CAESAR DIVI AVG F AVGVSTVS. Caput Tiberii laur.
C I G ACCI. Apex, lituus, simpulum. Æ. 3.

BILBILIS.

Augustus.

1. 2. AVGVSTVS DIVI F. Caput Augusti laur.
BILBILIS. Eques citato cursu d. hastam. Æ. 1.
3. AVGVSTVS DIVI F PATER PATRIAE. Caput laur.
MV AVGVSTA BILBILIS. M SEMP TIBERI L LICI VARO. Corona, intra quam II VIR. Æ. 1.
4. Alius, sed capite adversæ sinistrorsum. Æ. 1.
5. Adv. eadem.
MV AVGVSTA BILBILIS. L COR CALDO L SEMP RVTILO. Corona, intra quam II VIR. Æ. 1.

CAESARAVGVSTA.

Augustus.

1. AVGV..... DIVI F. Caput Augusti laur., ante lituus, pone simpulum.
CAESAR AVG. (MV KANINIO) ITER L TITIO. II VIR. Colonus arans. Æ. 1.

Tiberius.

2. TI CAESAR DIVI AVG F AVGVSTVS. Caput Tiberii laur.
C C A. Bos ſtans. Æ. 1.
3. TI CAESAR DIVI AVGVSTI F AVGVSTVS. Caput laur.
C C A. M CATO L VETTIACVS II VIR. Colonus arans. Æ. 1.
4. Adv. ut No. 2.
CLEMENS ET LVCRETIVS II VIR. Aquila legionaria inter duo ſigna militaria, inter quæ C C A. Æ. 3.

Caligula.

5. C CAESAR AVG GERMANICVS IMP PATER PATRIAE. Caput Caligulæ nudum.
C C A. SCIPIONE ET MONTANO II VIR. Colonus arans. Æ. 1.

C A L A G V R R I S.

Auguſtus.

1. MVN CAL IVL. Caput Auguſti nudum.
II VIR C MAR CAP Q VRSO. Bos ſtans. Æ. 1.
2. MVN CAL II VIR. Caput Auguſti nudum.
Q ANTON L FABI. Bos ſtans. Æ. 1.

Tiberius.

3. TI CAESAR DIVI AVG F AVGVSTVS. Caput Tiberii laur.
C CELERE C RECTO II VIR M C I. Bos ſtans. Æ. 1.

C A R T H A G O N O V A.

1. HIBERVS II VIR QVINQ (litt. fugientibus). Caput juven. nudum aquas evomens.
L LVCI P F II VIR QVINQ (litt. fug). Simpulum. Æ. 3.

Florez. Tab. 52. No. 12. numum ad Celſam refert, ſed Eckhel. potius huic urbi tribuendum cenſet.

Augustus.

2. C. I. N.. Caput Augusti nudum.
C PETRONIO M ANTONIO II VIR EX S C. Labyrinthus quadratus. Æ. 3.
3. Alius, sed in adv. C I N. & infra caput C N. Æ. 3.
4. IMP AVG DIVI F. Caput Augusti nudum, ante palmæ ramus, pone caduceus.
Labyrinthus rotundus. Æ. 2.

CASCANTVM.

Tiberius.

1. TI CAESAR DIVI AVG F AVGVSTVS. Caput Tiberii laur.
MVNICIP CASCANTVM. Bos stans. Æ. 1.

CELSA.

Augustus.

1. IMP CAESAR DIVI F AVGVST ..... Caput Augusti laur.
CN DOMITIO C POMPEIO II VIR C V I CEL. Bos stans. Æ. 1.
2. AVGVSTVS DIVI F. Caput Augusti laur.
L BACCIO MV FESTO II VIR C V I CEL. Bos stans. Æ. 1.

EMPORIAE.

1. Caput muliebre inter tres pisciculos.
ΕΜΠΟΡΙΤΩΝ. Pegasus volans. AR. 3.
2. ΕΝΠΟΡΕΙΤΩΝ. Caput muliebre spicis coronatum.
Equus stans a supervolitante Victoria coronatur. AR. 3.
Pellerin. Rec. I. Tab. 1. No. 16, sed in nostro manifestum: ΕΝΠΟΡΕΙΤΩΝ.

3. 4. Caput Palladis gal.
Epigr. Hispanica. Pegasus volans. Æ. 1.
5. Caput simile.
EMPORIT. Pegasus volans, supra corolla. Æ. 1.
6. 7. Caput simile, sed huic incusa duo signa, in altero D D, in altero delphinus.
EMPOR. Pegasus volans. Æ. 1.

8. Caput ſimile, pone corolla, ante M.Q.....
Av. eadem. Æ. 1.

9. Caput ſimile, ante COCCMAQ. Æ. 1.

10. Alius ſimilis, ſed in adv. ante caput PCPVQCCO. Æ. 1.

11. EMPORIA. Caput Dianæ prominente retro arcu & pharetra.
MVNICI. Pegaſus volans. Æ. 1.

ERCAVICA.

Auguſtus.

1. AVGVSTVS DIVI F. Caput laur.
MVN ERCAVICA. Bos ſtans. Æ. 1.

ILERDA.

1. 2. Caput virile imb. nudum.
Epigr. Hiſpan. Lupus gradiens. Æ. 3.

Auguſtus.

3. IMP AVGVST DIVI F. Caput Auguſti nudum.
ILERDA. Lupus gradiens. Æ. 3.

4. Alius, ſed in av. MVN ILERDA. Æ. 3.

ILICI.

Auguſtus.

1. 2. AVGVSTVS DIVI F. Caput laur.
Q PAPIR CAR Q TER. MONT II VIR Q. Templum quatur columnarum, cujus fronti inſcriptum IVNONI; inter columnas C I IL A. Æ. 3.
Florez. Tab. 29. No. 1.

3. Adv. eadem.
L MANLIO T PETRONIO II VIR. Vexillum & aquila legionaria inter duo ſigna militaria, inter quæ C C IL A. Æ. 3.
Ibid. No. 4.

OSCA.

1. Epigr., ſi adfuit, detrita. Caput diadem. barbatum.
Equus libere currens. Æ. 1.

Similem, addito in adv. OSCA, habet Florez, Tab. 64. No. 13.

2. Epigr. detrita. Caput imberb. diadem.
Sphinx alata gradiens. Æ. 1.

Ibid No. 12.

Tiberius.

3. TI CAESAR DIVI AVG F AVGVSTVS. Caput laur.
OSCA. Eques citus d. haſtam, infra equum VV. Æ. 1.

SAGVNTVM.

1. 2. SAGVN. Caput Palladis gal.
Prora navis cum ſacello, ſupra Victoria volans d. corollam, juxta caduceus, infra quatuor litteræ Hiſpan. Æ. 1.

3. Adv. eadem.
Prora navis, juxta caduceus, infra epigr. Hiſpan., ſupra .. B M. Æ. 1.

4. SAGW. Delphinus.
Concha. Æ. 3.

5. Delphinus, infra littera peregrina & tres globuli, ſupra lunula.
Concha. Æ. 3.

Florez, Tab. 41. No. 7.

Tiberius.

6. TI CAESAR DIVI AVG F AVG. Caput nudum.
SAG. L SEMP GEMINO L VAL SVRA II VIR. Triremis, huic impreſſum ſignum, in quo D D. Æ. 2.

SEGOBRIGA.

Auguſtus.

1. AVGVSTVS DIVI F. Caput laur.
SEGOBRIGA. Eques citato curſu d haſtam. Æ. 1.

Tiberius.

2. TI CAESAR DIVI AVG F AVGVST IMP VIII. Caput nudum.
SEGOBRIGA intra coronam quernam. Æ. 1.

C. Cæſar.

3. C CAESAR AVG GERMANICVS IMP. Caput laur.
Av. eadem. Æ. 1.

SEGOVIA.

1. Caput imberbe nudum, hinc C, inde L.
SEGOVIA. Eques citus d. haſtam. Æ. 2.

TARRACO.

1. C V T T. Ara quadrata, ex qua palmæ ramus excreſcit.
Bos ſtans cum infulis. Æ. 3.

Auguſtus.

2. C V T TAR. Bos ſtans.
GEM CAESARE. Cajus & Lucius Cæſares togati ſtantes, ſingulis clypeum ad humum tenentibus. Æ. 3.

3. IMP CAES AVG TR POT PON MAX P P. Caput laur. Auguſti.
TI CAESAR C V T. Caput Tiberii nudum. Æ. 2.
Florez, Tab. 44. No. 9.

Tiberius.

4. TI CAESAR AVG PONT MAX TRIB POT. Caput Tiberi laur.
IVL AVGVSTA DRVSVS CAES TRIB POT. Capita adv. Juliæ Auguſtæ nudum, Druſi Cæſaris laur., inter hæc: C V T. Æ. 5.
Tab. 45. No. 4.

TVRIASO.

Tiberius.

1. TI CAESAR AVG F IMP PONT M. Caput laur.
MV TVR. L CÆC AQVIN M CEL PA... II VIR. Bos ſtans. Æ. 1.

Numi Hispanici, in quibus omissum est vel deletum urbis nomen.

1. 2. AVGVSTVS DIVI F. Caput laur.
C VAR RVF SEX IVL POL II VIR Q. Instrumenta pontificalia. Æ. 1.
3. Alius similis. Æ. 2. p.

Numum similem Æ. 1. exhibet Florezius Tab 56. No. 2. & ad Carthaginem Novam pertinere conjicit.

4. ... AVGVSTVS. Caput Augusti nudum.
Prora navis, supra C F N; infra G V M. Æ 2.
5. 6. .... AVG GERMANICVS. Caput Caligulæ nudum.
GER CAESAR PVLCHRO III. VARIO. II VIR. Caput German. nudum. Æ. 2. p.
7. Q. IS C. F. L. Q VL. F. Caput imberbe nudum.
M. C. F. Europa tauro vecta. Æ. 1.

Florez. Tab. 58. No. 1.

8. Epigr. incerta. Caput barb. laureatum.
D D. II VIR Q. Bos stans. Æ. 2. p.
9. M. BA. Caput nudum.
M Q.. Bos stans. Æ. 2.
10. Epigr. incerta. Delphinus.
II VR QVIN. Spica. Æ. 3.

Florez. Tab. 56. No. 1.

Urbes incerti situs.

IRIPPO.

1. 2. IRIPPO. Caput virile nudum.
Mulier sedens d. strobilum s. cornucopiæ intra coronam. Æ. 3.

Numi incerti cum charactere vetere Hispanico.

1. 2. Caput nudum barb., pone ϫ & character incertus.
Epigr. Hispan. Eques cito cursu d. hastam. AR. 3.
3. Alius epigr. aversæ parumper varia. AR. 3.
4. 5. Caput imb. nudum, infra M, pone lunula.
Alia epigr. Hispan. Typus idem. AR. 3.
6. Caput nudum barb., in area A M Δ.
Alia epigr. Hispan. Typus idem. AR. 3.

7. Adv. eadem.
Alia epigr. Hiſpan. Typus idem. AR. 3.
8. Caput ſimile, pone AQPA.
Alia epigr. Hiſpan. Typus idem. AR. 3.
9. Caput nudum barb., ante & poſt delphinus.
Alia epigr. Hiſpan. Eques citus d. pilum haſtæ. AR. 3.
10. Alius ſimilis. Æ. 3.
Genuinum eſſe hunc numum dubito.

11. 12. Caput barb. nudum, pone epigr. Hiſpan.
Alia epigr. Hiſpan. Eques citus d. ſublata incertum quid. AR. 3.
13. Caput imb. nudum, ante delphinus, pone littera incerta.
Epigr. Hiſpan. Eques citus d. haſtam. Æ. 1.
14. Caput imb. nudum, ante litterarum veſtigia, pone globulus.
Epigr. Hiſpan. Eques citus. Æ. 1.
15. Caput ſimile, ante & pone delphinus.
Epigr. Hiſpan. Eques citus d. haſtam. Æ. 1.
16. 17. Alii, ſed in adv. caput inter tres delphinos, in av. alia epigr. Hiſpan. & eques citus d. palmæ ramum. Æ. 1.
18. Alius, ſed in adv. pone caput clava. Æ. 1.
19. 20. Caput ſimile, pone duo characteres Hiſpan.
Epigr. Hiſpan. Eques citus d. palmæ ramum. Æ. 2.
21. Caput imb. nudum, pone diota.
Epigr. eadem. Eques citus d. . . . . Æ. 1.
22. Caput nudum, ante & pone delphinus.
Epigr. Hiſpan. Eques citus. Æ. 2.
23. Caput nudum, pone caduceus.
Epigr. Hiſpan. Eques citus d. palmam. Æ. 1.
24. Caput nudum, pone incertum quid.
Epigr. Hiſpan. Typus idem. Æ. 1.
25. Alius, ſed pone caput A. Æ. 1.
26. Caput barb. nudum.
Duo characteres peregrini, equus libere currens. Æ. 1.
27. Caput imb., ante duo delphini.
Epigr. Hiſpan. Equus currens, ſupra lunula. Æ. 2.
28. Caput nudum imb.
Epigr. Hiſpan. Equus libere currens. Æ. 2.

29. Caput ſimile.
Epigr. Hiſpan. Equus gradiens. Æ. 2.
30. Caput ſimile nudum.
Epigr. Hiſpan. Bos currens, ſupra corona. Æ. 1.
31. Caput imb. nudum.
Epigr. Hiſpan. Pegaſus volans. Æ. 3.
32. 33. Capita duo imb. laur. jugata, ſupra characteres ignoti.
Duo equi jugati lente gradientes, ſupra characteres ignoti. Æ. 1.
An hi numi Hiſpanici ſunt, dubium eſt.

34. Caput pileatum, pone forceps & litteræ peregrinæ.
Aſtrum intra coronam. Æ. 2.
Florez. Tab. 56. No. 13.

35. 36. Caput pileatum, pone forceps.
Caput adv. radiis circumdatum. Æ. 2.
Ibid. No. 2.

37. Caput imb. diadem.
Arcus telum & clava parellelo ſitu, infra epigr. peregrina. Æ. 1.
Numus Hiſpanicus videtur ſed deeſt apud Florez.

38. Epigr. obſcura. Caput imb. laur. incertum.
Templum ſex columnarum, juxta litteræ incertæ, infra epigr. peregrina. Æ. 2.
An Hiſpanicus ſit numus, dubium; deſideratur apud Florez.

39. Caput nudum cum barba longa & acuta.
Vir nudus in equo cito, infra tres globuli & epigr. peregrina. Æ. 2.
40. Caput barb. diadem.
Eques citus, infra globuli & tabula quadrilatera, in qua epigr. peregrina. Æ. 1.

Inſulæ Hiſpaniae adjacentes.

EBVSVS.

1. Caput Neptuni diadem., pone tridens.
EBVΣITANO. Ancora erecta inter duos delphinos. (*Tab.* 1. *No.* 1.) Æ. 3.
2. Adv. ſimilis.
EB. Typus idem. (*Tab.* 1. *No.* 2.) Æ. 3. p.
Numi hi, Florezio incogniti &, quoad ſciam, nondum antea editi jus certum in hanc inſulam habere mihi videntur.

GALLIA.

GALLIA AQVITANICA.

TVRONES.

1. TVRONOS. Caput mul. diadem.
TRICC.. Vir nudus ſtans in citis bigis d. haſtam intorquet ſ. clypeum prætendit; in area pentagonum. Æ. 3.
Pellerin. Rec. I, Tab. 4. No. 35.

GALLIA NARBONENSIS.

ANTIPOLIS.

1. ΝΙΔΙ (ſic). Caput mul. ſpicis coronatum.
ΑΝΤΙ ΛΕΠ. Victoria coronans tropæum. Æ. 4.
2. ΡΑΙΜ. Caput ſimile.
Av. eadem. Æ. 4.
3. Nulla vel detrita epigr. Caput ſimile.
ΑΝΤΙ ΛΕΠΙ. Typus idem. Æ. 4.
4. ΛΑΚΑ. Caput mul. pampinis ornatum.
Av. eadem. Æ. 4.
Similes ſed aliis in adv. nominibus apud Peller. l. c. Tab. 3.

BETERRA.

1. Caput imb. nudum, pone clava.
ΒΗΤΑΡΑ. Leo currens, ſupra K.
2. Caput ſimile cum dextra elata.
Av. ſimilis, ſupra M & K. Æ. 2. m.

CABELLIO.

1. CABE. Caput mul.
LEPI. Cornucopiæ intra lauream. AR. 4.
Morell. in famil. Æmilia, T. 2. No. VII.

2. 3. COL. Caput mul. gal.
CABE. Caput juvenile intra lauream. Æ. 3 p.
Morell. ibid. No. VIII.

4. 5. COL CABE. Caput mul. turritum.
IMP CAESAR AVGVST COS. Cornucopiæ. Æ. 4.
Similis fere sed arg. ibid. No. F.

MASSILIA.

1. Caput Dianæ diadem. ad s. prominente retro arcu & pharetra.
ΜΑΣΣΑΛΙΗΤΩΝ. Leo gradiens ad s.; in area A A. AR. 5.
2. Alius, sed in area av. A Δ. AR. 3.
3. Alius, sed A Δ in monogr. AR. 3.
4. Alius, sed A O AR. 3.
5. Alius, sed A O in monogr. AR. 3.
6. Alius, sed Δ E. AR. 3.
7. Alius, sed Δ H. AR. 3.
8. Alius, sed Δ K. AR. 3.
9. Alius, sed E T. AR. 3.
10. Alius, sed H Δ. AR. 3.
11. Alius, sed K H & præterea inter crura A. AR. 3.
12. Alius, sed Π M. AR. 3.
13. Alius, sed X X. AR. 3.
14. 15. Adv. eadem.
Epigr. ead. Leo gradiens ad d., ante in area lampas, inter crura Z H. AR. 3.
16. Adv. eadem, in area A H.
Epigr. eadem. Leo gradiens ad d., in area A H. AR. 3.
17. Alius, sed in area hinc inde Δ K. AR. 3.
18. Alius, sed in area utrimque Z E. AR. 3.
19. Alius, sed Φ K. AR. 3.

20. Adv. eadem.
ΜΑΣΣΑ. Leo gradiens ad d.; in imo A. AR. 3.
21. Alius, ſed in imo av. AK. AR. 3.
22. Alius, ſed in area av. A, in imo AM. AR. 3.
23. Caput idem ad d.; ante, ut videtur, lampas.
Av. eadem; in imo OA. AR. 3.
24. Caput idem ad d.
Av. eadem; in area A, in imo TTA. AR. 3.
25. Caput idem ad ſ.
Epigr. eadem. Leo gradiens ad ſ.; in imo ΠΕ. AR. 3.
26. Alius, ſed in imo ZΘE. AR. 3.
27. Alius, ſed in area av. NA, in imo ..... AR. 3.
28. Alius, ſed in area A, in imo KΠA. AR. 3.
29. Alius, ſed in area adv. AB in monogr., in area av. A, in imo XZA. AR. 3.
30. Alius, in adv. idem monogr., in av. A & ΛΠΠ. *Subær.*
31. Alius, in adv. idem monogr., in av. T & ΑΞ.. AR. 3.
32. Alius, in adv. idem monogr., in av. Δ & ΕΚΑ. AR. 3.
33. Alius, in adv. B, in av. Δ & ΕΔ.. *Subær.*
34. Alius, in adv. AM in monogr., in av. Δ & ΠΑΔ. AR. 3.
35. Alius, in adv. AMP in monogr., in imo av. MAA. AR. 3.
36. Alius, in adv. AP in monogr., in imo av. OAE. AR. 3.
37. Alius, in adv. H, in av. M & ΡΠΔ. AR. 3.
38. Alius, in adv. KH in monogr., in av. ΠΑΛ. AR. 3.
39. Alius, in adv. TA, in av. A & ANX. AR. 3.
40. Alius, in adv. TA in monogr., in av. in imo XXA. AR. 3.
41. Alius, in adv. idem monogr., in av. Z & AZA. AR. 3.
42. Alius, in adv. ΠΑ in monogr., in av. T & ΔB... AR. 3.
43. Alius, in adv. Π, in av. Є & ΠЄЄ. AR. 3.
44. Alius, in adv. A, in av. O & ...E. *Subær.*

Animali in duobus poſtremis numis videtur humanum caput additum.

45. Caput mul. laur. inauri ornatum, prominente retro arcu & pharetra.
ΜΑΣΣΑ. Leo gradiens ad ſ. AR. 3.
46. Alius, in area av. Δ. AR. 3.

47. Alius, ſed in av. P. AR. 3.

48. Caput mul. inauri ornatum & ſpicis coronatum.
Av. eadem; in imo HH. AR. 5.

49. Alius, ſed in area av. ΔΔ. AR. 3.

50. Alius, ſed ΓΓ. AR. 3.

51. 52. Alii ſimiles barbari. AR. 3.

53. Alius ex pravo metallo factus. AR. 3.

54. Alius, ſed in cujus av. eſt epigr. ſex litteris Hiſpanicis conſtans. AR. 3.
(*Tab.* 1. *No.* 3.)

55. Caput Palladis galeatum, pone A.
ΜΑΣΣΑ. Aquila ſtans, in area aſtrum. AR. 4.

56. Alius, ſed in adv. pone B, in av. abeſt aſtrum. AR. 4.
Pellerin. Rec. I. Tab. 4. No. 24.

57. Caput juvenile nudum.
MA in area quadripartita. AR. 4.

58—61. Alii ſimiles. AR. 4.

62. Caput Apollinis laur. ad d.
ΜΑΣΣΑΛΙΗΤΩΝ. Bos cornupeta. Æ. fere 1.

63. Alius fere ſimilis. Æ. 2.

64. Alius, ſed in av. ſupra bovem corolla. Æ. 2.

65. Alius, ſed in adv. pone, ut videtur, uvæ racemus, in av. ſupra bovem incertum quid. Æ. 2.

66. Alius, ſed in adv. pone pharetra, in area av. arcus. Æ. 2.

67. Alius, ſed in adv. pone corolla, in av. ſupra clava. Æ. 2.

68. Caput idem, pone arcus.
MA. Typus idem. Æ. 3. m.

69. Caput idem, pone lauri ramus.
ΜΑΣΣΑ in imo. Typus idem. Æ. 3.

70. Caput idem ad ſ.
Epigr. eadem ſupra. Typus idem. Æ. 3. p.

71. Alius ſimilis, in imo av. ΑΕΘ. Æ. 3. p.

72. 73. Alii fere ſimiles. Æ. 3. p.

74. Alius, in imo av. ΖΔΕ. Æ. 3. p.

75. Alius, in imo av. CΟϾ. Æ. 4.

76. 77. Alii parvuli fere ſimiles. Æ. 4.

78. Alius inſigniter craſſus. Æ. 4.

79. Caput Palladis gal.
ΜΑΣΣΑ. Tripus. Æ. 2.
80. Alius fimilis fuper alio numo recufus. Æ. 2.
81. 82. Caput fimile.
MA. Tripus. Æ. 2.
83. Caput mul. fpicis, ut videtur, coronatum.
Cervus ftans, fupra MA, ante Y. Æ. 2.
Numum hunc, quem Peller, Rec. 2 Tab. 55. exhibet & Ephefo tribuit, cum auctore Mufei Hunter. huc refero.

84. Alius fere fimilis, fed in av. fupra, ut videtur, TA, ante incertum quid. Æ. 3.
85. Caput Apollinis laur.
ΜΑΣΣΑ. Bos ftans. Æ. 3.
Notice fur J. F. P. Fauris Saint-Vincent; a Aix, An. VIII. Tab. 5. No. 9.

86. Adv. eadem.
Bos ftans; infra A. Æ. 3.
Ibid. No. 8.

87. MAC. Caput gal.
DAP. Camelopardus. Æ. 4.
Ibid. No. 18.

88. MA. Caput mul.
Animal incertum cum tridente transverfo. Æ. 4.
89. Caput mul.
...ΣΑ. Leo currens. Æ. 3.
90. Caput gal.
Leo gradiens; infra ΕΟΠ. Æ. 4.
Fere ut No. 20. ibid.

91. MAC. Caput gal.
Leo currens, fupra D. Æ. 4.
92. Alius fere fimilis, fed in av. fupra lunula, infra D. Æ. 4.
Ibid. No. 19.

93. Caput virile, ante A.
MA. Aquila ftans. Æ. 4.
Ibid. No. 13.

94. M... H. Caput gal.
Aquila ftans. Æ. 4.
Ibid. No. 12.

95. MA. Caput mul. turritum.
MA. Avis insistens ramusculo; in imo ... Æ. 4.
96. MAC. Caput mul. laur.
Delphinus. Æ. 4.
97. 98. Alii fere similes crassiores. Æ. 4.
Ibid. No. 1.

99. Caput simile.
Typus idem; in imo NM.. Æ. 4.
100. 1. ΜΑΣ. Caput gal.
Pallas gal. stans d. telum s. clypeum rotundum. Æ. 4.
102. 3. Alii fere similes. Æ. 4.
Ibid. No. 14.

104. Caput Martis gal.
Av. similis. Æ. 4.
105. MAC. Caput muliebre gal.
N φ... Caduceus alatus. Æ. 4.
Ibid. No. 9.

106. MAC. Caput virile gal.
Δ P. Caduceus. Æ. 4.
107. ΜΑΣ. Caput simile.
Δ E. Typus similis. Æ. 4.
108 9. Alii, sed litteris utrimque incertis. Æ. 4.
110. Caput juvenile laur.
MAC. Caduceus. Æ. 4.
Ibid. No. 9.

111. MAC. Caput simile.
Caduceus. Æ. 4.
112. Alius, sed utrimque MA. Æ. 4.
113. Caput mul. turritum.
Caduceus. Æ. 4.
114. Caput juvenile laur.
MAC. Navis. Æ. 4.
115. Alius fere similis. Æ. 4.
116. 17. MA. Caput gal.
Navis. Æ. 4.
Fere ut ibid. Tab. 4. No. 17.

118. MAC. Caput juvenile laur.
Navis. Æ. 4.

119. Adv. ſimilis.
M... Cancer marinus, ut videtur. Æ. 4.

120. MAC. Caput virile.
Tropæum in quadrato. Æ. 4.
Ibid. Tab. 5. No. 17.

NEMAVSVS.

1—3. Caput juvenile gal., pone S.
NEM COL. Mulier ſtans d. protenſa pateram ſ. columnæ nixa, ante pedes duo ſerpentes erecti. Æ. 3.
Muſ. Hunter Tab. 40. No. 6.

4. 5. IMP DIVI F. Capita duo oppoſito occipite Auguſti laur., Agrippæ cum corona roſtrata.
COL NEM. Crocodilus palmæ adligatus, ſuperne corona. Æ. 1.
6. Alius, ſed capite Auguſti nudo. Æ. 1.
7—9. Alii, ſed capite Auguſti laur. & in adv. præterea P P. Æ. 1.
10. Alius, ſine P P, ſed cum incuſo in adv. ſigno, in quo D D. Æ. 1.
11. Alius, ſed cum eodem ſigno incuſo in av. Æ. 1.
12. Alius, ſed cum ſigno incuſo in av., in quo L V. Æ. 1.

SEGVSIA.

1. SEGVSIA (litt. fug.). Caput Palladis gal. prominente retro haſta.
ARVS. Hercules nudus d. ſublata clavam ſ. exuvias leonis accedens ad figuram totam pallio obductam baſi inſiſtentem. AR. 3. p.
Pelier. Rec. 1. T. 4. No. 33.

VIENNA.

1—3. IMP CAESAR DIVI F. DIVI IVLI. Capita nuda occipite oppoſito J. Cæſaris & Auguſti.
C I V. Navis. Æ. 1.
Florez. Tab. 48. No. 9.

4. IMP DIVI F. Capita eadem.
Sine epigr. Navis, ſupra patera. Æ. 1.
Morell. in Auguſto Tab. 26. No. 13. 14.

VOLCAE ARECOMICI.

1. 2. VOLCAE. Caput mul.
AREC. Figura togata ſtans, juxta palmæ ramus. Æ. 3.
Muſ. Hunter. Tab. 62. No. 13.
3. 4. Alii, ſed in adv. ante caput corolla. Æ. 3.

GALLIA LVGDVNENSIS.

LVGDVNVM.

1. Protome Victoriæ.
LVGVDVNI. Leo gradiens; in area A.XL. AR. 4.
Morell. in famil. Antonia Tab. 5. No. 5.

REMI.

1. REMO. Capita tria imberbia jugata.
Figura in citis bigis d. flagellum. Æ. 3. p.
Hunter. Tab. 44. No. 14, ſed in noſtro epigr. in adverſa.

ROTOMAGVS.

1. RATVMACOS. Caput virile.
Eques citus. Æ. 3.
Peller. Rec. I. Tab. 4. No. 31.

SEQVANI.

1. Caput imb. nudum.
SEQVNO. Aper. *(barbaræ fabricæ)* AR. 3.
Bouteroue pag. 57.

NVMI GALLICI INCERTI.

Addita vel omiſſa Regulorum aut Magiſtratuum mentione.

1. ATEVLA. Caput Victoriæ.
VLATOS. Equus ſtans, infra pentagonum. AR. 3.

2. CARMANO. Caput juvenile gal.
COMIOS. Equus currens. AR. 3.
Peller. Rec. 3. T. 124. No. 9. 10.

3. Caput galeatum.
COMA. Eques citus d. hastam. AR. 3.
Idem Rec. 1. Tab. 5. No. 7.

4. 5. CONTOVTOS. Caput juvenile imberbe.
Lupus, supra ramus, infra caput bovis. Æ. 3.
Ibid. Tab. 6. No. 26.

6. ΓΙΧΤΙLOS. Caput barbatum laureatum.
Eques. Æ. 3.
Ibid. Tab. 5. No. 21.

7. 8. Caput juvenile.
GERMANVS INDVTIIII. Bos stans.

9. Caput juvenile laur.
NAMA. Aper. Æ. 3.

10. Alius, sed in av. NAMAΣAT. Æ. 3.
Ibid. Tab. 6. No. 35.

11. VERGA. Caput mul.
Equus gradiens, supra patera. Æ. 3.
Ibid. Tab. 5. No. 6.

12. 13. Alii fere similes. Æ. 3.

14. Caput virile nudum large capillatum.
VADV IIII. Aquila expansis alis stans; in area pentagonum. Æ. 3.

15. Caput Palladis gal. alatum.
VOΓVN. Eques citatus. AR. 3.

16. Caput muliebre diadem.
Epigr. dubia. Figura militaris stans d. hastam f. clypeo nixa; in area figura incerta. AR. 3.
Bouteroue pag. 64.

17. Caput juvenile.
ΔIKOI. Leo. *(Fabricæ barbaræ.)* Æ. 3.

Sequuntur alii barbari, in quorum adv. caput incertum, in av. plerumque eques aut equus, aquila aliam avem depascens aut alis expansis stans, numero 51, quorum aur. 3, arg. 14, reliqui ænei.

I T A L I A.

I T A L I A S V P E R A.

A Q V I L E I A.

1. AQVILEIA FELIX. Mulier turrita ſeminuda ſedens d. cornucopiæ, cui impoſita aquila, ſ. columnæ nixa vexillum.
HORR AQVIL intra lauream. Æ. 2.

R A V E N N A.

1. 2. FELIX RAVENNA. Protome laur. turrita.
Aquila fulmini inſiſtens, hinc inde aſtrum, infra X. Æ. 3.
3. Adv. eadem.
RV. Victoria gradiens d. lauream. Æ. 3.
4. 5. Adv. eadem.
Monogramma conſtans litteris RAVEN intra coronam. Æ. 3.
6. Alius ſimilis minor. Æ. 3.

I T A L I A M E D I A.

E T R V R I A.

G R A V I S C A E.

1. Caput Jovis laur., pone tres globuli.
ΓPA. Duæ aquilæ ſtantes, juxta hinc KPH, inde tres globuli. Æ. 3.
Peller. Rec. 1. Tab. 7. No. 7.

2. Concha, juxta globulus.

ΓΡΑ (litt. fug.) Aquila ſublatis alis inſiſtens fulmini. Æ. 3. p.

Millingen, eruditus Anglus, in opuſculo: Recueil de quelques medailles inedites a Rome 1812. numum hunc pictum dat Tab. 1. No. 14. & ad Craſtum, Japygiæ urbem, referri vult, quo & reliquos numos inſcriptos ΓΡΑ pertinere putat; quam ſuam opinionem an eruditis probaverit, dubitare licet.

POPVLONIA.

1. 2. Caput Palladis gal., ſupra duo globuli.

PVPLVNA (litt. Etruſcis & retrograde). Noctua duobus globulis inſiſtens, pone luna & duo aſtra. Æ. 2.

Eckhel. N. Vet. Tab. 1. No. 14.

VOLATERRAE.

1. Caput Jani geminum imberbe.

FELATRI (litt. Etruſcis & retrograde), in medio tres globuli.

App. Semunc. 3. Dr. 1¾.

Zelada de Aſſibus, in Qvadr. Tab. VI.

2. Alius, ſed in medio clava erecta inter tres globulos.

App. Sem. 3. Dr. ⅞.

